

## De libris biblie canonicis et non canonicis

**Q**uia sunt multi qui ex eo quod non multa opera dant  
sacre scripture existimant omnes libros qui in Bi-  
blia continentur pari veneratione esse reuerendos  
atque adorandos nescientes distinguere inter libros  
canonicos et non canonicos: quos hebrei inter apo-  
crypha computant: unde sepe coram doctis ridiculi videntur: et per-  
turbant: scandalizanturque cum audiunt aliquem non pari cum ce-  
teris omnibus veneratione persequi aliquid quod in Biblia  
legatur. Idcirco hic distinctim et distincte numeravimus: pri-  
mo libros canonicos et postea non canonicos: inter quos tamen di-  
stinctim inter certum et dubium. Nam canonicis sunt confecti  
spiritus sancto dicente. Non canonicis autem sive apocryphi nesci-  
tur quo tempore quibusve auctoribus sint editi: quia tamen valde  
boni et utiles sunt: nihilque in eis quod canonicis obviet inveni-  
tur. Ideo ecclesia eos legit et promittit: ut ad deuotionem et ad mo-  
rum informationem a fidelibus legantur. Eorum tamen auctoritas ad  
probandum ea que veniunt in dubium aut in contentione: et ad  
confirmandam ecclesiasticam dogmatum auctoritatem: non reputa-  
tur idonea: putat dicit beatus Hieronymus in prologo super Iu-  
dith: et super libris Salomonis. At libri canonici tante sunt au-  
toritatis quod quicquid ibi continetur: verum tenet firmiter et indiscus-  
se. Et persequens illud quod ex hoc concludit manifeste. Nam  
sicut in philisophia veritas cognoscitur per reductionem ad prima  
principia per se nota: ita in scripturis a sanctis doctoribus tra-  
ditis veritas cognoscitur: quod ad ea que sunt fide tenenda:  
per reductionem ad scripturas canonicas que sunt habite di-  
uina reuelatione cui nullo modo potest falsum subesse. Unde de  
his dicit Augustinus ad Hieronymum: Ego solis eis scriptoribus que  
canonici appellantur didici hunc timorem honoris deferre ut  
nullum eorum scribendo errasse firmissime teneam: ac si aliquid  
in eis offendero quid videam contrarium veritati nihil aliud  
existimem quam mendosum esse codicem: vel non esse assecutum inter-  
pretem: quod dictum est: vel me minime intellexisse non ambigam.  
Alios autem ita lego: ut quasi aliter sanctitate doctrinaue polle-  
ant: non ideo veterum putem: quia ipsi ita senserunt sed quia mihi per  
illos auctores canonicos vel probabiles rationes: quod a vero  
non abhorreat persuadere poterunt. Sunt igitur libri cano-  
nici veteris testamenti viginti duo: ad numerum vigintiduarum  
litterarum hebreorum: putat scribere originem super primum psalmum:  
refert Eusebius libro vii. ecclesiastice historie: et copiosius di-  
stinctiusque dicit beatus Hieronymus in prologo galeato qui est re-  
gum: qui omnes in tres partes ab hebreis diuisunt: in legem:  
id est quinque libros moysi in prophetas octo: et agiographa no-  
uem: ut statim clarius patebit. Quis nonnulli librorum Ruth se-  
parent a libro Iudith: et lamentationes Hieremie a Hieremie:  
et inter agiographa computent ut sint viginti quattuor libri ad  
numerum viginti quattuor sententiarum: quos Apocalypsis indu-  
cit adorantes agnum. Isti sunt libri qui sunt in canone: putat  
scribit beatus Hieronymus in prologo galeato: qui est su-  
per libros Regum. Et primo quatuor libri Moysi qui appellantur  
leges: quorum primus est Genesis. secundus Exodus. tertius Le-  
uiticus. quartus Numeri. quintus Deuteronomium. Secun-  
do sequuntur octo libri prophetales: quorum primus est Iosue. secu-  
ndus liber Iudith cum Ruth. tertius Samuel. i. primus et se-  
cundus Regum. quartus Malachim. i. tertius et quartus Regum.  
quintus Esaias. sextus Hieremias cum lamentationibus. se-  
ptimus Ezechiel. octauus liber duodecim prophetarum: quorum  
primus est Osee. secundus Iob. tertius Amos. quartus Ab-  
dias. quintus Jonas. sextus Micheas. septimus Naum. octa-  
uus Abacuk. nonus Sophonias. decimus Aggeus. undeci-  
mus Zacharias. duodecimus Malachias. Tertio sequuntur  
agiographa nouem. quorum primus est Iob. secundus Psal-  
terium. tertius Salomonis puerbia. quartus eiusdem Ecclesia-  
sticus. quintus eiusdem Canticum canticorum. sextus Daniel. septi-  
mus Paralipomenon: qui apud hebreos est vnus liber non  
duo. octauus Esdras cum Hieremias. (est enim totus vnus li-  
ber) nonus Hester. Quicquid autem extra hos est (de veteri te-  
stamento loquor) ut dicit Hieronymus. inter apocrypha est ponendum.  
Isti sunt libri qui non sunt in canone: quos tamen ecclesia ut bo-  
nos et utiles libros admittit non ut canonicos. inter quos sunt  
aliqui maioris auctoritatis: alii minoris. Nam Tobias: Iu-  
dith et Machabeorum libri. Sapientia quoque liber: atque Ecce-  
lasticus: valde ab omnibus probantur: ita quod Augustinus. lib. ii. de  
doctrina christiana tres superiores numerat inter canonicos:  
et de Sapientia atque Ecclesiastico dicit meruisse illos recipi a au-  
toritatem: et inter propheticos debere numerari: et de libris  
Machabeorum libro. xviii. de ciuitate dei: loquens de Esdre li-  
bris

bris dicit: quod quibus hebrei non habeant eos per canonicos tamen ecclesia  
illos per canonicos propter quendam martyrum passionem vebemē-  
tes atque mirabiles. Minoris autem auctoritatis sunt Baruch.  
et tertius et quartus Esdre. Nam Augustinus in loco supradicto nullam  
his facit mentionem: cum tamen (ut dixi) alios apocryphos canoni-  
cis annumeret. Rufinus quoque in expositione symboli et ceteris.  
in lib. vi. etymolog. ubi hac Hieronymi diuisionem referunt: horum  
nihil meminerunt. Et ut numeremus eos eo ordine que sunt in  
Biblia: quis alio ordine fuerint editi. primo sunt tertius et  
quartus liber Esdre: qui dicuntur tertius et quartus: quia ante  
Hieronymum greci et latini librum Esdre canonicum secabant in du-  
os libros. Sermones Reemie. secundum librum appellantes. Isti  
autem tertius et quartus inter omnes non canonicos minoris (ut  
dixi) sunt auctoritatis. Unde Hieronymus in prologo Esdre  
eos appellat somnia. et in paucissimis bibliis manu scriptis  
inueniuntur: et in multis impressis inueniuntur solum tertius. Secun-  
dus est Tobias: liber valde deuotus et utilis. Tertius est Iu-  
dith: quem dicit Hieronymus in prologo fuisse a nicena synodo copu-  
tatum in numero sanctarum scripturarum. Quartus liber Sapi-  
entie: quem scripsisse Philonem alexandrinum iudeum doctissimum  
fere omnes tenent. Quintus est liber Iesu filij syrach: que Ec-  
clesiasticus dicitur. Sextus est Baruch. ut dicit Hieronymus in pro-  
logo Hieremie. Septimus est Machabeorum liber in primis et se-  
cundis diuisus. Regum alique moueat quod in Iudith et To-  
bie prologis dicitur: quod apud hebreos inter agiographa leguntur:  
quia manifestus error est: et apocrypha et agiographa est  
legendum: qui error in omnibus quos viderim codicibus inue-  
nitur: et inoleuit (utputo) ex pietate et deuotione exercitantiū  
qui deuotissimas historias horrebant annumerare inter apo-  
crypha. Nam quod hic error multis retro annis codices occu-  
pauerit: ostendit magister in historia Iudith: ubi dicit: Die li-  
ber apud chaldeos inter historias computatur: et apud hebreos  
inter apocrypha: quod dicit Hieronymus in prologo qui sic incipit:  
Viginti et duas litteras. Si ergo alicubi in prologo super Iu-  
dith: legitur inter agiographa virtium scriptoris est: quod in ipso ti-  
tulo deprehendi potest. Et quo miror quod dictus magister non  
aduertit eundem esse errorem in prologo Tobie: ut ipse dicit hac  
historiam hebrei ponunt inter apocrypha. Hieronymus tamen in prologo suo  
dicit inter agiographa: Sola que super dicto prologo Tobie dicitur  
potius et verius dixerit: inter apocrypha: vel large accipit  
agiographa quasi sanctarum scriptura: et ita non est de numero il-  
lorum nouem: que proprie dicuntur agiographa: que sunt de catha-  
logo. i. de numero. xxi. librorum biblie. Nam cum Hieronymus in  
prologo galeato: post enumerationem canonicorum librorum dicitur:  
Dic prologus scripturarum quasi galeati principium omnium li-  
bris quos de hebreo vertimus in latinum conuenire potest: ut  
scire valeamus quicquid extra hos est. inter apocrypha esse  
ponendum. Igitur sapientia que vulgo Salomonis inscribitur  
et Iesu filij syrach liber et Iudith et Tobias et Pastor non sunt  
in canone: quod credendum est: illi postea in illis prologis scri-  
psisse inter agiographa: et sibi ipsi contradicere. Si quis preterea  
liberatiorem examine Hieronymi verba in dictis prologis perpen-  
derit: aduertit illi scripsisse apocrypha non agiographa.  
Dicit enim in prologo Tobie: Exigitis ut librum chaldeo sermo-  
ne conscriptum ad latinum stilum traham: librum utique Tobie quem  
hebrei de cathalogo diuinarum scripturarum secantes: his que apo-  
crypha memorant manciparunt. In Iudith autem aliter apud he-  
breos liber Iudith inter apocrypha legitur: cuius auctoritas  
ad corroboranda illa que in contentione veniunt minus idonea  
iudicatur. Cum itaque dicat hebreos secare Tobiam de cathalo-  
go diuinarum scripturarum: et Iudith auctoritatem minus idoneam  
iudicari si inter agiographa numeraret et non inter apocrypha  
contraria videret eodem in loco scripsisse. Sed ut dixi scriptores  
hoc nomen apocrypha horrentes deuotione ac pietate quadam  
reiecto apocrypha: agiographa scripserunt. Rufinus quoque  
ubi. s. enumeratis libris canonicis: in quibus cum Hieronymus  
concordat infert. Hec sunt que patres intra canonem conclu-  
serunt: ex quibus fidei nostre assertiones consistere voluerunt.  
Sciendum tamen est quod et alij libri sunt: qui non canonicis sed eccle-  
siastici a maioribus appellati sunt. i. sapientia que dicitur salo-  
monis et alia sapientia que dicitur filij syrach et infra eiusdem or-  
dinis est libellus Tobie: et Iudith: et Machabeorum libri: et in-  
fra que omnia legi quidem in ecclesiis voluerunt: non tamen proferri  
ad auctoritatem ex his confirmandam. Ceteras vero scriptu-  
ras apocryphas nonauerunt quas in ecclesiis legi noluerunt.  
Preterea est sciendum quod in libro Hester illa dicitur sunt  
in canone que scribuntur usque ad eum locum ubi posuimus: Et



## De libris biblie canonicis et non canonicis

est liber Hester. put est in hebreo: que postea sequuntur non sunt in canone: similiter in Daniele: illa tñ sunt in canone q̄ sunt vsq; ad eum locū vbi posuimus. Finit Daniel. ppheta: que postea sequuntur non sunt in canone. Quis autē David. i. psalteriū apud hebreos non ponat inter pphetas sed inter agiographa: tñ fere omēs latini eū nō solū pphetam s; summum pphetarū vel secundū vocāt: Daniele quoq; inter pphetas numerāt. Aliter quoq; aliqui latini diuiserūt veteris et noui testamentū. s. in libros legales: historiales: sapientiales: et pphetales. Legales appellāt quinque libros moysi: in veteri testamento quibus in nouo faciūt respondere: quatuor euangelia: Historiales Iosue: Iudicū: libros Regum: Paralipomenon: Esdras: Hester: et Job: quibus in nouo correspondēt acta apostolorū. Sapientiales tres libros Salomonis. s. puerbia: Ecclesiasten: et Canticū canticorū: quib; in nouo correspondēt epistole Pauli: et que canonicē dicuntur: pphetales faciūt David. i. psalteriū: Esaiam: Hieremiam: Ezechielem: Duodecim pphetas et Danielem: quibus in nouo respondet liber Apocalypsis. Noui autē testamenti omēs qui in biblia ponunt libri sunt in canone testib; Hieronymo: Augustino: et Isidoro in locis supradictis. Hi sunt quattuor sacrosancta euāgelia: scilicet Matheus: Marcus: Lucas: Iohannes. Pauli apli epistole. xiiij. q̄rū vna est ad Romanos: ad Corinthios due: ad Galathas vna: ad Ephesios vna: ad Philippenses vna. ad Thessalonicenses duo: ad Colocenses vna: ad Timotheū duae: ad Titū vna: ad Philemonē vna: ad Hebreos vna. Item Actus apostolorū. Itē epistole septē que canonicē appellant. Quorū vna est iacob: due Petri: Iude qui alis Thadæus dicitur vna: Demum liber Apocalypsis. Hi omnes libri p canonicis habentur. Quis ante Hieronymū a multis de epistola ad hebreos dubitaretur: quā hesitationē ipse multis rationibus sustulit: Iude de epistola Iude: ac de secūda et tertia Iohannis: in ecclesia primitiua a multis an deberent in canonem recipi valde dubitatum est: de quā prima sic dicit Hieronymus in libro de viris illustribus. Judas frater Jacobi parua quidē que de seipsum canonicis est epistolam reliquit: et q̄ de libro Enoch qui apocryphus est: in ea assumit testimoniu: a plerisq; rejicit: tñ auctoritatē vetustate iam et vsu meruit: et inter sanctas scripturas computat. De alijs autē duabus que incipiūt: senio: dicit in capitulis Iohannes: et papias in dicto libro: q̄ asserbant esse Iohannis p̄sbyteri discipuli Iohannis euāgeliste: qui dicebatur senior Iohannes: sed tamen omnium approbatione iam sunt recepte: et citra cuiusq; refractionē pro canonicis habentur.

## De Translatoribus Biblie

**M**andū q̄ trāsatores et interpretes Biblie multū fuerūt: q̄ sicut dicit magister in historijs ante incarnationē dñi annis. ccc. xli. temporib; Ptolemei philadelphī regis egypti. Lxx. interpretes floruerūt qui legem et pphetas hoc modo trāsulerunt. Ptolemeus studiosus et libroꝝ cupidus percipiens apud iudeos legem esse ore dei editam: et digito illius scriptam missis epistolis et munerib; rogauit eleazarū pontificē iudeorū: vt sibi viros seniores hebraice et grece lingue peritos illi interpretari et trāsferre valerēt: dirigeret. Etenim sua desideria essent eam in greco translata habere: et archiuis regalib; interserere. Eleazarus autē annēs eius petitioni: s; vnaquaq; tribu sex legisperitos destinauit. Hi sūt septuaginta duo interpretes q̄ licet septuaginta duo fuere more sacre scripture cōmuniter dicuntur tamē septuaginta quia et si duo sūt persunt hoc est modicū respectu septuaginta. Qui venientes ad regē pentateuchū et pphetas trāsferētes corā rege dispuauerūt de vno deo colendo: et q̄ nulla creatura esset deus. Inde est q̄ vbiq; occurbat eis in transferēdo de trinitate vel sub silentio preteribant vel sub enigmate transfulerunt: ne tres deos colendos tradidisse viderentur. Similiter de incarnatione verbi facientes. Hi trāslatio septuaginta duū q̄s est supflua q̄s diminuta. Post incarnationē autē dñi et passionē annis centū viginti quatuor. Aquila quidez iudeus ad fidem cōuersus: sed postea in heresim lapsus primus interpres. fecit aliā translationē de hebraico in grecū tpe Adriani impatoris. Deinde post ānos. liij. Theodotion fecit tertiā translationē sub cōmodo. Deinde post ānos. xxx. Symmachus

Symmachus interpres claruit sub Senero. Deinde post ānos. viij. inuenta est quedā trāslatio hierosolymis: cuius auctor ignorat: que dicta est vulgata trāslatio vltima editio. Deinde post ānos. xvij. tpe Alexandri: supuenit origenes videns istas translationes imperfectas: incepit corrigere translationem. Lxxij. interpretū p posteriores iam dictas translationes. vel fm aliquos solū translationē Theodotionis immiscuit sc; supplens diminuta et ressecans supflua. Vbiq; igit ad translationē. Lxxij. interpretū aliqd addidit ex translationibus sequentib; ibi ponebat asteriscū. i. stellā vel formā astris: q̄ innuit q̄ additionē illā elucebat q̄ prius deerāt. Et dicitur asteriscus ab aster et icon q̄ est imago vel signū et pducit p̄. quia apud grecos icon scribit p et diphthongon: et dicit asteriscus fm modernos: vel asteriscus fm antiquos: et tunc dicit ab astris. i. stella: et icon. Vbi dō erat supflū ponebat obelū. Obelos enī grece dicit sagittā latine vel verū: signans p hoc q̄ littera ibi supflua erat. Deinde ipse Origenes: vt dicit Hieronymus. septimā translationē miro labore reperit que translationes. s. quinta: sexta et septima: licet vt idem ait Hieronymus. quibus censeat auctoribus ignozet. tñ ita pbabilez sūt diuersitate tenent vt auctoritate sine nominib; tenuerint. Deinde quidam volentes habere omnes istas translationes simul scribebant libros sic eos ordinantes q̄ in medio cuiuslibet folij ponebant sex columnas a summo deorsum descendentes. ponentes in prima verba translationis p̄me: in secūda secūda et sic de alijs. Et isti libri dicitur hexapla: ab hex grece: q̄ ē sex latine: quasi sexcupla. vlt dicit hexapla quasi liber habēs sex translationes rectas vel rectificatas. Et his t̄pibus multi vtriusq; lingue scilicet fecerūt alias translationes de predictis grecis translationibus in latinū. Nouissime supueniens beatus Hieronymus: peritus in tribus linguis hebraica: greca et latina. primo correxit translationē. Lxxij. interpretū in latino cum asteriscis et obellis. postea hō trāsulit imēdiate Bibliam de hebreo in latinū sine asteriscis et obellis. Et hac translatione nunc vbiq; vtit̄ tota romana ecclesia: licet nō in omnibus libris. Et ipsius translatio merito ceteris antefertur: q̄ est verborū tenacior et perspicuitate sententiē clarior. Et translatio p̄ma. s. Lxxij. interpretum facta est in Alexandria ciuitate que metropolis est egypti. Alie autē translationes in diuersis partibus mundi vbi tunc magistri polluerūt. Nota q̄ vbiq; in libris veteris testamenti mendositas reperitur: currendum est ad volumina hebreorū: quia vetus testamentū primo in lingua hebraea scriptum est. S; hō in libris noui testamenti reuertendum est ad volumina grecorū: quia nouū testamentū primo in lingua greca scriptū est preter euāgelii Matthei epistolam Pauli ad Hebreos.

## De prima parte huius operis contineantur.

- Prima refert Moyse liber hic modulamina dñi.
- Dat Genesis mūdo principiū: atq; homini.
- Exit ab egypto ppl̄s: pharaos plagatur:
- Offert Leuiticū munera grata deo.
- Manlio deserti sequit̄: ppl̄us numeratur:
- Et legem repetit deuteris inde nomos.